

MARBODI REDONENSIS EPISCOPI

PROSA

De duodecim Lapidibus pretiosis in fundamento caelestis civitatis positis (*Apoc. xxi 19.*)

(*E ms. S. Vict. n. 905. Nusquam edita.*)

1679 Cives caelestis patriæ,
Regi regum concinite
Qui supremus est opifex
Civitatis Uranicæ,
In cujus ædificio
Consistit hæc fundatio.

Jaspis colore viridi
Præfert virorem fidei,
Quæ in perfectis omnibus
Nunquam marcescit penitus,
Cujus forti præsidio
Resistitur diabolo.

Sappirus habet speciem
Cælesti throno similem,
Designat cor simplicium
Spe certa præstolantium
Quorum vita et moribus

(35)
Pallensque Chalcedonius
Ignis habet effigiem,
Subrutilat in publico,
Fulgorem dat in nubilo,
Virtutem fert fidelium
Occulte famulantium.

Smaragdus virans nimium
Dat lumen oleaginum,
Est fides integerrima
Ad omne bonum patula,
Quæ nunquam scit deficere
A pietatis opere.

Sardonyx constat tricolor
Homo fertur interior,
Quem denigrat humilitas,

Per quem albescit castitas,
Ad honestatis cumulum
Rubet quoque martyrium.

Sardius est puniceus,
Cujus color sanguineus
Decus ostentat martyrum
Rite agonizantium :
Sextus est in catalogo
Crucis hæret mysterio.

Auricolor chrysolitus
Sciintillat velut cibus,
Præterdit mores hominum
Perfectæ sapientiæ,
Qui septiformis gratiæ
Sacro splendescit jubar.

1680 Beryllus est lymphaticus,
Ut sol in aqua limpidus,
Figurat vota mentium
Ingenio sagacium :
Quod magis libet mysticum
Summæ quietis ostium [*f. otium*]?
Topazius quo carior [*f. rarior*]

Bo est pretiosior,
Exstat nitore griseo
Aspectu et æthereo :
Contemplativæ solidum
Vitæ præstat officium.

Chrysoprasus purpureum
Imitatur concillium,
Est interinctus aureis
Miscello quodam guttulis
Hæc est perfecta charitas
Quam nulla sternit feritas.

Jacinthus est cæruleus
Nitore medioximus,
Cujus decora facies
Mutatur ut temperies :
Vitam signat angelicam
Discretionem præditam.

Amethystus præcipuus
Decore violaceus
Flammam emittit aureas
Notulasque purpureas :
Præterdit cor humilium
Christo commorientium.

Hi pretiosi lapides
Carnales signant homines
Colorum et varietas
Virtutum multiplicitas,
His quicumque floruerit
Concivis esse poterit.

Jerusalem pacifera
Hæc tibi sunt fundamenta,
Felix Deo et proxima
Qua te daretur anima,
Custos tuarum turrium
Non dormit in perpetuum

Concede nobis, agie
Rex civitatis cælicæ
Post cursum vitæ labilis
Consortium in superis,
Inter sanctorum agmina
Cantemus tibi cantica.

Amen.

(35) Forte refulget et virtutibus.

MARBODI REDONENSIS EPISCOPI

Lapidum pretiosorum de quibus in præcedenti prosa,

MYSTICA SEU MORALIS APPLICATIO.

(*Ex eodem ms. S. Victoris n. 905. Nusquam edita.*)

1681 § I. Jaspis est primum fundamentum Ecclesiæ Dei, et est viridis coloris. Quicumque illum super se habuerit, phantasma ei non nocebit. Significat autem eos qui fidem Dei semper tenent, et nunquam ab ea recedunt vel arescunt, sed semper virent in ea, nec timent fallacias diaboli.

§ II. Sappirus cæli colorem habet. Significat illos qui adhuc in terra positi caelestibus intendunt et cuncta terrena despiciunt, quasi non sint in terra. Juxta illud: *Nostra autem conversatio in caelis est* (*Philip. iii, 20*).

§ III Chalcedonius quoad in domo est non lo-